



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. XI. Ad capitulum IV. x. de Arbitris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

Jus Legati regii habebant. Vox merè Franco-Germanica. Glosse: *Scepeno, Judex, Freber, de secret. Wesp. Judiciis, Griphiander de Weickbild. Saxon. c. 64. n. 4. Johannes Trithemius de Grammatica Theotisca Imp. Caroli M. ab Oifrido absoluta*, ita: Hodie Scabinos, vulgò Feyniers, Latinè autem Scitos appellamus, qui notis utuntur occultis, quibus se mutuo Scitos intelligant, judicium in reos, quod Carolus dedit, usque in hodiernum diem per successionem electionis facientes. Profert hunc Trithemii locum vir profundæ & inexhaustæ eruditionis P. Lambecius, Bibliothecarius Cæsarius lib. 2. biblioth. August. Vindobon. c. 5. pag. m. 465. Est vetus Hollandiæ jus, quod Scabinicum dicitur, vulgò Schepenthums Recht cui opponitur jus Asingicum, vulgò: Aesdoms-Recht. Lambert. Goris advers. tract. 2. c. 4. n. 1. Ait textus: Scabinor. Hipretis. Hypræ, Yperen urbs Episcopalis Flandriæ sub Archiepiscopo Machlinensi.

*Feynieri,  
Feimerii,  
Sciti.*

*Scepens  
Recht/  
Aesdoms-  
Recht.  
Hypræ.*

## C A P. XI.

## Ad capitulum IV. x. de Arbitris.

## S U M M A R I A.

- |                                    |                                    |
|------------------------------------|------------------------------------|
| 1. <i>Hypothesis cap.</i>          | 4. <i>Fagetum.</i>                 |
| 2. <i>Hospitalarii Senonenses.</i> | 5. <i>Alionara Regina Franciæ.</i> |
| 3. <i>Usuarium nemoris.</i>        |                                    |

*Hypothesis  
capo.*

*Usuarium  
nemoris.*

*Fagetum.  
Alionara  
Regina  
Franciæ.*

**C**um Abbas & Conventus de Scardunâ, Cisterciensis ordinis ex unâ parte, & Hospitalarii, super usuario ejusdam nemoris, compromisissent in Reginam Francorum, Regina ex consilio quorundam Episcoporum sententiam definiens. Hospitalarii nitivam pronunciavit. Sed Hospitalarii ei non parebant. Pro Senonenses. Conventu de Scardunâ in III. compilatione legitur, de Escad. Ibi & Hospitalarii designantur, nempe, de Cerefeis, Senonensis dicēceseos. Per Usuarium innuitur servitus usus in nemore, consistens in jure cädendi ligna, & pascendi pecora in alieno fundo, ut tradunt Hostiensis & Panormitanus. In III. Compilatione additur: Nemoris Inochia, quod dicitur Fagetam & territorio Vall. mortui. Regina Francorum ibidem vocatur carissima in Christo filia, Alienora. Fuit Ludovici junioris uxor. Hospitalarii adibant

ibant Pontificem, qui rescritbit Cancellario & Magistro Lothario  
Canonico Parisiensi, ut sub pœnâ compromisso statuta Hospitala-  
riis in beant arbitrio parere.

## CAP. XII.

## Ad Capit. V. de Arbitris.

S U M M A R I A.

- 1. Abbatia Pigaviensis vel Pega- viensis.
- 2. Wipertus Comes in Groizch.
- 3. Monasterium Pegaviense ex- emtum.
- 4. Privilegium exemptionis.
- 5. Quâ de re lis inter Episcopum Merseburg. & Abbatem Pe- gav.

**H**æc decretalis directa est ad Abbatem & conventum de Pigaviâ, ut expressit loci nomen Raymundus. In collectione III. legitur de Pigamia, alibi Pisania. In MSCto vel Pegaviano, Pygavia. Rectè. Ita enim vocatur oppidum, viensis. quod tertio lapide à Lipsiâ distat & alluitur Elstrâ, vel Elistrâ fluvio. In chronico Monasterii hujus oppidi scribitur, Bigaugia, Pigaugia, itemq; Pigavia, Begavia, uti Langius in chronico Citizenis p. 784. effert; denique Pegavia, vetus patrimonium Wiperti Comes in mitis Groicensis, & Marchionis Lusatiae, in qua ad hoc hodie hujus sui fundatoris, Wigberti vel Wiperti Comes in mitis ossavisuntur. Historiam hujus Wiperti magnâ diligentia concessit Henr. Bangertus ad Helmoldi chronicon Slavorum lib. i. à pag. 101. Scribit itaque Innocentius III. Abbatii & convenit Monasterii cui Monasterii S. Jacobi Pegaviensi, quibus lis erat cum Episcopo Pegaviense Mersburgensi super libertate monasterii Bigaugiensis seu Pegaviensis. Pertinet ad hanc eandem item & cap. ult. Infra de probat. Lis inde erat: Wipertus anno MCVI. de consilio Abbatis Pegaviensis misit Romam, supplicans, ut locus Pegaw per Papam exemptionis eximeretur à potestate cuiuslibet alterius, obtinuitque privilegium à Paschali II. Pontifice: Cujus excerptum habetur apud epitomatorem chronici Latini, quem Dn. Maderus antiquitatum investigator laudatissimus exhibet, id ita habet: *Pascalis Episcopus, servus servorum Dei, fidelibus per Saxoniam Sal. & Apost. bened.*

N 5

De-